1 De ecclesia S. Stephani Novimagensi

Nobilis itaque comes Otto imperio et dominio Novimagensi sibi, ut praefertur, impignoratis et commissis proinde praeesse cupiens, anno LIIII superius descripto, mense Iunio, una cum iudice, scabinis ceterisque civibus civitatis Novimagensis, pro ipsius et inhabitantium in ea necessitate, commodo et utilitate, ut ecclesia eius parochialis extra civitatem sita destrueretur et infra muros transferretur ac de novo construeretur, a reverendo patre domino Conrado de Hofsteden, archiepiscopo Coloniensi, licentiam, et a venerabilibus dominis decano et capitulo sanctorum Apostolorum Coloniensi, ipsius ecclesiae ab antiquo veris et pacificis patronis, consensum, citra tamen praeiudicium, damnum aut gravamen iurium et bonorum eorundem, impetravit.

Et exinde liberum locum eiusdem civitatis qui dicitur Hundisburg, de praelibati Wilhelmi Romanorum regis, ipsius fundi domini, consensu, ad aedificandum et consecrandum ecclesiam et coemeterium, eisdem decano et capitulo de expresso eiusdem civitatis assensu libera contradiderunt voluntate, obligantes se ipsi comes et civitas dictis decano et capitulo, quod in recompensationem illius areae infra castrum et portam, quae fuit dos ecclesiae, in qua plebanus habitare solebat—quae tunc per novum fossatum civitatis est destructa—aliam aream competentem et ecclesiae novae, ut praefertur, aedificandae satis contiguam, ipsi plebano darent et assignarent. Et desuper apud dictam ecclesiam sanctorum Apostolorum est littera sigillis ipsorum Ottonis comitis et civitatis Novimagensis sigillata.

// One additional line to show synchronization. //

3 p. 227 R 4 p. 97 N 6 p. 129 D 12 f. 72v M 13 p. 228 R 20 p. 130 D

2 proinde] primum D 5 ecclesia eius] ecclesia D: eius eius H extra civitatem *om.* H infra] intra D 6 transferretur] transferreretur NH 7 Hofsteden] Hoffstede D: Hoffsteden H Coloniensi] Colononiensi H dominis] viris H 8 Coloniensi] Coloniae H 10 iurium] virium D 11 liberum] librum H qui] quae D Hundisburg] Hundisburch D: Hundisbrug HMN: Hunsdisbrug R 12 regis] imperatoris D 13 et consecrandum *om.* H eisdem] eiusdem D 15 comes] comites D dictis *om.* H 17 tunc] nunc H 18 ut... aedificandae *om.* H 18–19 contiguam] contiguum M 19 apud *om.* H 20 est] et H littera] litteram H 21 Novimagensis] Novimagii D sigillata] sigillis communita H

6–7 William is confusing two charters that are five years apart. Permission from St. Apostles' Church in Cologne had been obtained as early as 1249. Cf. Sloet, *Oorkondenboek* nr. 707 (14 November 1249): "...nos devotionis tue precibus annuentes, ut ipsam ecclesiam faciens demoliri transferas in locum alium competentem, tibi auctoritate presentium indulgemus..."
11–19 Cf. Sloet, *Oorkondenboek* nr. 762 (June 1254)